



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Specvlvm Ivventvtis, Sive Insigniores Pveritiæ Atqve
Adolescentiae Sanctorvm**

Bosendorf, Hermann

Monasterii VVestphalorvm, 1615

Ad Stvdiosam Ivventvtem Praefatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42900

AD STUDIO SAM IVVEN-
TVTEM PRAEFATIO.



Vantum ad totius vita integritatem
præclarè conseruandam momenti ad-
ferant primi incuntis atatis mores
atq; informatio, verissimè hoc versu
declarat Horatius:

Quo semel est imbuta recens seruabit odorem
Testa dicit.

Pueri sint
amantes
virtutis.

Sint mori-
geri maio-
ribus.

Sint ala-
tres ad
studia.

Siue enim innocue atati virtutem instillaris, eandem
quam diutissimè redolebit, siue vitium insuderis lon-
gissimo et atis tractu eandem suo dedecore mephystim
exhalabit. Itaq; quibus adhuc integer à labe vitio-
rum est animus, toto affectu ad honestatis se amorem
conformit, idq; sibi certò persuadeant si à teneris vir-
tutem combiberint, eius se saluberrimis fructibus sera-
etiam atate potituros. Hec porro res est quæ paren-
tum præceptorumq; illis amore conciliat, familiam
oblectat, angelos beatos, ipsumq; adeo Deum præstat
amicum. Quia vero pueri affectibus magis quam consi-
lio ac ratione ducentur, aliorum se nōrint prudentia
debere gubernari, ne pronis in vitium cupiditatibus
abrepti pessum eant. Itaq; admonitiones, correctio-
nes, & tempestivas occupationes, quibus à salebris vi-
torum se vocantur lubenti animo accipiant, atq; ita
apud se statuant id facto opus esse, nec alia se lege in in-
feriores vbi adoleuerint vi debere, proindeq; id sibi
vitio dent, si obmurmurent, si dico si statim audientes
non fuerint, si cum fastidio officijs sat agant, si præcepto-
rum aliorumq; quorum ductu viuendum est obseruan-
tes non fuerint. Tanto autem iucundius se in studia
incubituros, atq; officium præstituros sciant, quanto
dili-

PRAEFATIO.

diligentius cauerint, ne parentibus pädagogis ac preceptoribus sui reprehendendi, contristandi, corrigen-
diue materiam dent: quae res in multis solet impetum
alacritatis abrumpere, dum officij intermissione obiurgationem,
obiurgatio melancholiam aut indignationem,
indignatio fastidium studiorum ac virtutis inducit.
Contra vero placatus animus propensusq; ad honestatem
ac literas, curriculum alacritatis exagitat, atq;
ad fastigium eruditionis oxyssimè propellit. Cum vero
duo generatim pueris infesta sint, nimirum otium &
praua societas, vitanda cum primis otij amantes sint,
eamq; ob rens cum literis inuigilandum id agant ala-
criter, cum remissione animi ac lusibus vacādum, haud
segnius se occupent, ne qua otij pars intercurrat. So-
cietatis vero delectum habeant maximum, eorumq; malas lo-
vtantur consuetudine quos pietas & morum honestas cietates.
commendant, quos vero leuiculis esse moribus, & pro-
jecta norint esse petulantia, dedignantur ac fugiant.

Vbi vero ad adolescentiae annos peruererint, qui
ob intemperantiae ac libidinum faces anticipitem huma- Adolescen-
na vitæ cursum faciunt, nihil æquè ac res veneras de- tes ament
testari atq; execrari debent. ideoq; cibi ac potus mo- castitatē,
derationem itemq; ieunia, quæ huic quandoq; etati dia.
magū quam virili necessaria sunt, cupidius obseruent,
& ad hoc admittantur, vt quemcung; tandem statum
elegerint, ad eam corpus integrum atq; pudicum ad-
ferant. Oculorum caterorumq; sensuum custodiam
nihilo secius atq; ipsam castitatem ament, sine qua va-
na est omnis diligentia. Atq; ita statuant pudorem in-
tegritatemq; virginitatis non solum animam ornare,
sed etiam ipsum corpus, viuidum, pulchrum, bellè colo-
ratum



PRAEFATIO.

Honesta occupatio per necessaria adolescentibus. ratum ac mundum praestare. Contrà vero carnis lasciuiam totam formâ venustatem prodigere. Ceteris item vitijs ne in adolescentia radices agant, vitamq; reliquam commaculent omni industria aduersentur. Iamq; otij & societas prauæ insidias longè cautius declinare conentur. Si vero humanitus in crimen impegerint, ne id assuetudine gliscat nullo meliori remedio quam præmatura ac frequenti confessione se sciant liberatum iri.

Vt vero immanes hasce animorū pestes effugiant, a lacritate studiorum, exercitatione pietatis & rerum cœlestium veraq; gloria amore ita animum suum præoccupent, ne quis aditus prauæ cupiditati relinquatur; quod quidem iucundissime utilissimeq; facturi sunt, si prudenti intentione totum studiorum laborem ad Dei solius gloriam, eternaque vita meritum transmittant, atq; ita diues honorum operum depositum sibi in cœlis accumulent. Ita fiet ut moribus ac probitate perinde atq; etate adolescent. Quia vero ad conjecturam consequentis etatis propinquius specimen adfert adolescentia, diligentior danda est opera, ne ex morum dissolutione tota posterioris vita spes euaneat: dum videlicet prima educationis fructum liberorum adolescentia ludificat, & parentibus ac magistris multum maioris conciliat. Quod si canum istorum quorum hic venatui, ille culina assuetus scena siue apogonus, palam educationis diuersæ de se argumentum

Quanta sit dedit: dum alter in leporem incurans officium fecisse honorum laudatur, alter desidia, ad offam sibi appositam adhaesens, arguitur. Quanto graviori momento & disparitas. ri discrimine siue ad laudem siue ad contumeliam distare

PRAEFATIÖ.

distare videbütur adolescentes, quorum alter memor
indolis atq; virtutis ad honestatem plaudente corona
emittitur: ali er quasi degener, & sui de decorosè obli-
tus in vitium pronus fertur flocc: faciens labem infat-
mia dummodo pœnas effugiat. Sed quia hic non de pra-
sentis dum axat temporis euentu agitur, verum olim Iudicium
Dei mag-
ad decernenda iustis ac flagitiosis præmia trutinam nū est cal-
car hone-
iudicij aeternitatisq; arbitram Deus in fine seculorum statis.
adducet, ut piros interninata sua gloria cohæredes ad-
ciscat: si elearum vero mancipia, aeternis ignibus perpe-
tuos mactandos immergit: dementis:ma eſſet insania,
nihil neq; ad virtutē ſtimulari talia cogitantem, neq;
ad letiferi peccati occafionē animo cohorrēſcere. Non
ſunt pretereundi hoc loco pedagogi, quibus intenſior
cura incumbit ſui atq; alieni officij, qui ſi eruditione
ac virtute prædiſti, authoritatem moderandi inter ſuos
habeant multum ad piam educationem momenti poſ-
ſunt adferre: ſi vero literarum, bonorum morum, &
virtutis ipſimet imperiti fuerint, aut regendi ijs deſit
authoritas, totus iacet fructus institutionis. Itaq; ſi pa-
rentes liberos ſtulta & effeminata indulgenția ducti
pedagogis, immorigeros ac refractarios eſſe patiantur,
& corrigi veſtent, principiū admonendi ſunt, ut liberos
ſuos perdere deſināt, & pedagogos iubeant obſecunda-
re. Quibus vero ſart a ac tecta eſt authoritas id praci- Quid à pæ
dagogis re
pueſcurent, ne desultoria quadam leuitate, veſbo aut quiritur.
facto ſuis ſe diſciplulis cōtemnendos deridendos q; pro-
pincent, neue pari cum illis recreatione utentes autho-
ritatem pueriliter prodigant, ſed potius qua decet mor-
um atq; actionum maturitate e prelueant. Ad ſtudia
vero literarum virtutisq; quod attinet, id præſtent, ut
): () : (2 eorum

PRAEFATIO.

eorum discipuli quoad eius fieri possit ad honestatem
ac bonas artes alacritate quadam potius, quam metu
& formidine ducantur: hoc enim ingenuam, illud vero
seruitem arguit indolem, nec virtutis admodum tenax
est illiberale ingenium. Itaque excitanda iuuentus pra-
mūs, laude, adhortationibus ac similibus. In vita vero
ac nauos discreta seueritate animaduertant, magna
tamen cuiusque indolum habitu ratione, quae ut magis in-
genua est, ita sapientia facilius modestia increpatione, quam
poenitentia seueritate corrigitur. Hac quae ad cautelam
paucis præmonenda duxi, quam scitu factuque utilia
sunt ingenuus adolescens iudicabit, sequitur ad eadem vbe-
rius in exemplis Sanctorum lustranda multa ut spes
animi alacritate accinget.

BENE-